

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 5: De ambitione (3)

Bernardus:

Ve vobis qui clavem tollitis non scientie solum,  
sed et auctoritatis, nec ipsi introistis,  
sed multipliciter impedivistis, quos introducere debuistis!  
Accipitis enim claves,  
de quibus dominus conqueritur per prophetam:  
Ipsi regnaverunt, sed non ex me, principes extiterunt,  
et non vocavi eos.  
Unde tantus prelationis ardor, unde ambitionis impudentia tanta,  
unde tanta vesania presumptionis humane?  
Audeatne aliquis vestrum terreni cuiuslibet reguli,  
non precipiente aut prohibente eo, occupare ministeria,  
percipere beneficia, negotia dispensare?  
Nec domini tu putes, nutu qui in domo sua magna a vasis ire aptis  
in interitum sustinet approbari.  
Multi quidem veniunt, sed considera quis vocetur.

Utinam quisquis, si fieri posset,  
tam fideliter ministraret quam fiducialiter se ingressit.  
Difficile et fortasse impossibile est,  
ut ex amara radice ambitionis, suavis fructus ardeat caritatis.

Ve vobis qui clauem tollitis. non scientie solum:  
sed et auctoritatis. nec ipsi introitis:  
et multipliciter impedistis quos introducere debuistis.  
Tollitis enim non accipitis claves.  
de quibus dominus queritur per prophetam.  
Ipsi regnauerunt, sed non ex me, principes extiterunt  
et ego non vocavi eos.  
Unde et tantus prelationis ardor. vnde ambitionis impudentia tanta.  
vnde tanta vesania presumptionis humane?  
Audeat ne aliquis nostrum terreni cuiuslibet reguli  
non precipiente aut etiam prohibente eo occupare ministeria:  
precipere beneficia: negocia dispensare?  
Nec tu domini putes que in magna domo sua a vasis ire aptis  
in interitum sustinet approbare.  
Multi quidem veniunt: sed considera quis vocetur.

Vbi supra capitulo xxix.  
Utinam tamen quisquis sic intrat: si fieri posset  
tam fideliter ministraret: quam fiducialiter se ingressit.  
At difficile fortassis et impossibile est:  
vt ex amara radice ambitionis: suavis fructus ardeat caritatis.

Guillelmus Tornacensis, *Liber florum beati bernardi abbatis  
clareuallensis*, 3.28 (Paris, P. Pigouchet, 1499 [ISTC ib00390000],  
fol.25rb).

Vae vobis qui clavem tollitis non scientiae solum,  
sed et auctoritatis, nec ipsi introitis,  
et multipliciter impedistis quos introducere debuistis!  
Tollitis enim, et non accipitis claves.  
De quibus Dominus queritur per Prophetam:  
IPSI REGNAVERUNT, ET NON EX ME; PRINCIPES EXSTITERUNT,  
ET EGO NON VOCAVI EOS.  
Unde tantus praelationis ardor, unde ambitionis impudentia tanta,  
unde vesania tanta praesumptionis humanae?  
Audeatne aliquis vestrum terreni cuiuslibet reguli,  
non praecipiente aut etiam prohibente eo, occupare ministeria,  
praeripere beneficia, negotia dispensare?  
Nec tu Deum putes, quae in magna domo sua a vasis irae aptis  
in interitum sustinet, approbare.  
Multi quidem veniunt, sed considera quis vocetur.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermo de conuersione ad clericos (textus  
longior)*, 19 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds.,  
p.109, ll.7-17).

Utinam tamen quisquis sic intrat, si fieri posset,  
tam fideliter ministraret quam fiducialiter se ingressit!  
At difficile, fortassis et impossibile est,  
ut ex amara radice ambitionis, suavis fructus ardeat caritatis.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermo de conuersione ad clericos (textus  
longior)*, 21 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds.,  
p.114, ll.12-14).